

*Psalm. 69, 1. & 2. VII. David, militibus à Saule ad capiendum ipsum emissis, per fenestram evadens, ad regnum servatus 1. Sam. 19, 11. seq. Tandemq; Daniel in lacum leonum immisus, ille sus tamen omnino divinâ clementiâ eductus Dan. 6, 16. Conf. Psalm. 22, 14. quoad Antitypum. Plura legi possunt in Orth. enarr. Evang. Joach. à Beust. in Evang. Pasch.*

§. 5. *Accedunt insuper propria ipsius Christi vaticinia; Quid de Resurrectione haud secus atq; de passione suâ clara discipulis promissa dedit. Vndê quoties animis eorum passionem suam mortemque futuram inculcavit, simul etiam præconium adjecit latissimæ subsecuturæ Resurrectionis, ut manifestum est ex Lac. 18, 31. & seqq. ubi in hæc verba erumpit: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ &c. Et postquam flagellaverint, occident eum, & tertiam die resurget. Cui parallelia sunt Matth. 20, 17. Marc. 10, 34. Conf. Matth. 16, 17. Marc. 8, 31. Luc. 9, 22. Matth. 17, 9. Imò & hanc futuram Resurrectionem indicii ut & ominis loco proponebat Judæis, notam quandam certam divinæ suæ potentiaz, & quod verus atq; promissus Messias existat, desiderantibus Joh. 2, 19. & 21. item Matth. 12, 41. & Luc. 12, 30.*

§. 6. His omnibus lucem eò magis afferunt, indeq; *Resurrectionis certitudinem clariorem reddunt vivorum testimonia, quæ de eâ lata sunt, puta tum cœlestium, tum terrestrium. Ex illorum censu sunt Angeli, qui quatuor diversis vicibus, nempe Matth. 28, 5. Luc. 24, 4. 5. Joh. 20, 12. Mar. 16, 5. seq. apparentes, testimonio suo Resurrectionem Domini confirmarunt, jam instruendo accedentes: Nolite expavescere, Jesum queritis crucifixum, Mar. 16, 6. Quid queritis viventem cum mortuis? Memores estote eorum, quæ locutus est vobis, Galilææ adhuc degens Luc. 24, 5. Jam mortui præsentiam negando: Non est hic. loco cit. & contrà ejus Resurrectionem asserendo: Surrexit; præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. ibid. it. Matth. 24, 6. Nunc demonstrando absentiam ejus: Venite & videte locum, ubi positus erat Dominus. Nunc etiam ad discipulos alegando præsentes: Ite & renunciate hoc discipulis ejus & Petro &c. Cum igitur Angeli sint Spiritus veritatis, nefas sanè foret, illorum testimonio fidem denegare velle. Nam ideo Resurrectio-*

*III. Argu-  
m. ab ipsi-  
us Christi  
vaticinia.*

*IV. Argu-  
m. à variis  
vivorum  
testimoni-  
is.*

*Cur An-  
geli testa-  
ti sint de  
nis*